

tum fuerit convitiari, per me licebit,
animi sui impotentiam turpissimam
prodere , totique literatorum Orbi
demonstrare , quam solidis Ratio-
nibus ac Experimentis destitutus, ni-
hil præter convitia , in pagellas no-
stras jacere possit; More canum , qui
quamvis nocere nequeant , latrant
tamen. His verò ne respondere
quidem deliberatum est. Quid enim
mihi cum veterarum rixis ? aut si
me . . . calcitraret; num in jus
vocandus esset ? Nullius boni Viri,
famam aut existimationem , hæ pa-
ginæ lædunt , neque illorum etiam
à quorum sententiis divortium feci ;
câ enim hoc factum est modestia ,
quâ fieri potuit aut debuit , ut nemo
jure mihi propterea succensere de-
beat. Quod si verò , à recepta Phi-
losophandi ratione , me recessisse ,
ægrè quis latus sit ; hunc memi-
nisse velim illius *Lactantii* l. 2. Di-
vinar.